



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXVI. De assessoribus, quos Græci παρ[...]δρ[...]*ς* vocant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

200 DE REPUBLICA
teles. Illam vocem ex Græco
in Cicerone Senatū vertit Ga-
za. Η γερουσία etiam ἑδρασηεῖς,
vocari ex oratione Æschinis in
Ctesiphontem notavi iudicium
quodlibet, quoties in eo iudices
ius dicerent. Confessum præ-
terea iudicium στωδρίαν, ipsos-
que iudices στωδρῆς, quod com-
muni sede uterentur, reperio di-
ci, id est, assessores: qua voce He-
bræi ut LXX. sapientū confessum
exprimerent, sunt usi, סנדרין
synedrin vocando.

CAP. XXVI.

*De assessoribus, quos Græci
παρόδρῆς vocant.*

IUDICIIS solennioribus sex
παρόδρῆς, à singulis trium ἐγ-
κρίτων bini delecti, solebant
adesse: quos ex Aristotelis Athe-
nensium politia recitat Suidas
tan-

tantum fuisse quatuor : de quo numero non contendo, quum ad rem parum faciat. Hos oportebat esse vitæ inculpatisimæ, de qua antequam iudicibus possent adsidere, apud quingentos viros prytanes primum, secundo inter Ariopagitas, quovis volente per præconem (ut iam à me est notatum) ad accusandum admissio, rationem reddidisse oportebat. Causa tam severæ perquisitionis erat, quod res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent, nempe iudicum sententias, quas unum verbum omissum, mutatum, alio translatum, aut scriba celerrime excipiente additum, poterat evertere, inque contrarium trahere, aut saltem partim iudicis mente multum abducere. Erant itaque veluti scribæ observatores, dispunctoresq; eorum quæ transcripsisset dictante iudice. Non

M 5 possum

202 DE REPUBLICA
possum hic non admirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curiis sexcentos nebulones fescuncialibus literis libellos ita augentes lucri gratia, ut quod decem, aut duodecim versus vix impleat, in integrum quaternionem transeat, & extendatur: tamen quum videam leges contra illatos latas à nemine magistratum habente curari ut observentur, vereor ut stipendium quod alioqui consularium virorum advocatorum, & procuratorum servis daretur, inde sarciri facile omnes velint, patianturque. itaque alio progredior.

CAP. XXVII.

*De apparitoribus, & illis quos
Græci ἐπιταγῶν εἰσὶν dicunt.*

NISI maior dignitas, & magistratuum numerus me ordinem